JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 191r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



con p. plbum illius loci et dat contenta in
eisdem positionibus et articul coniunctim
et diuisim et sic sibi petit ad eas et ad
eorum quelibet per parte aduersa iuramento
medio rendere etc.

Secunt positiones

In primis itaque ponit et si negatum fue-
rit probare intendit quod prope villam tal
loci districtus pragen locatum situm et con
structum fuit quedam allodium cum septem man
sis ad ipsum pertinentibus quod quidem allodium
ab eius possessore taliter vulgariter fuit ap
pellatum etc.

Item ponit ut supra et probare intendit quod dictum
allodium demum et processu temporis a quodam
eius tunc possessore nuncupabatur et nun
cupatur allodium Grunth cum vij mansis
suis prenotatis. licet nunc propter possessorum
multitudinem et mansorum diuisionem diuersis nomi
nibus vocetur et etiam nuncupetur etc.

Allodium dicitur hereditas quam vendere vel donare possum ita quod in ea propria ita dicit Hugo

Item ponit ut supra et probare intendit quod
dicti vij mansi ipsius allodij iacuerunt
et iacent inter dictam villam talem et villam
talem tangentes in una parte villam talem
et in alia talem et sic a suis certis limitibus